

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Instabilitas a cum uariis

Iam quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur ut nouerit non sue facultatis sed diuini muneris esse uel quod scit, uel quod delectatur ac sic ab elationis uanitate sanetur et sciat quam uere non de terra ista sed spiritualiter dictum sit: Dominus dabit bonitatem et terra nostra et cetera. Tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus summum atque incommutabile bonum.

Augustinus de peccatorum meritis et remissione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

nunc *om.* C; nunc non delectatur *om.* P V¹ V² L¹ L²; diuini] in *add.* M; scit] sit M; ac] et P V¹ V² L¹ L²; quam] quod P V¹ V² L¹ L²; uere] uero L²; terra ista] ista terra P V¹ V² L¹ L²; spiritualiter] spirituali M; dabit] da P V¹; bonitatem] benignitatem P V¹ V² L¹ L²; cetera] Augustinus. Instabilitas b *add.* P V¹ V² L¹ L²